

# Die Nachträge zu unseren ältesten Provinzannalen

P. Anastasius Bürgler sel., unser langjähriger Provinzarchivar, hat seiner Zeit in den drei ersten Bänden unseres „St. Fidelis-Glöcklein“ unsere ältesten Provinzannalen veröffentlicht und uns dadurch in verdankenswerter Weise eine *reiche und zuverlässige Quelle* zur Geschichte unserer Provinz erschlossen. Ihr Verfasser hat noch immer nicht mit Sicherheit festgestellt werden können. Sie sind also noch immer die „Annales Anonymi“. Im Band 115 des Provinzarchives auf S. 17—440 enthalten, und die Jahre 1581—1624 betreffend, weisen sie die gleiche regelmäßige Handschrift aus.\*

Was weiter darauf folgt, zu den Jahren 1625—1644, ist von verschiedenen andern geschrieben worden. Dieser zweite Teil des Bandes kann sich an Wert allerdings nicht mit dem ersten, bereits abgedruckten Teile messen. Dazu ist er zu unvollständig, zu lückenhaft. Er enthält aber doch noch Einiges, das seinen Abdruck rechtfertigen dürfte, manches, das denen aus uns, welche sich um die Geschichte der Provinz interessieren, gelegentlich dienen könnte. Es sind durchwegs *zeitgenössische* und daher zuverlässige Aufzeichnungen, welche namentlich im Hinblick auf die geringe Zahl von Nachrichten und Aufschlüssen aus dieser Zeit immerhin zu begrüßen sind. Im Bd. 115 sind sie auf S. 447—587 zu finden, wobei aber zu beachten ist, daß zwischen den beschriebenen Seiten sehr viele, mehr als zwei Drittel, unbeschrieben geblieben sind.

Das nun Folgende schließt sich unmittelbar an das an, was im 3. Band des „St. Fidelis-Glöcklein“ S. 25—47 zu den Jahren 1622—24 abgedruckt worden ist. Auf allfällige schon anderswo erwähntes wird natürlich nur hingewiesen werden.

## 1625

Die 19—24 septembbris celebratum fuit Suitii *Capitulum Provinciale*, in quo electi sunt:

\* Um denjenigen, welche diese wichtige Quelle benützen möchten, die Auffindung zu erleichtern, sei hier der genaue Ort genannt, wo die einzelnen Zeitabschnitte dieser Annalen im „St. Fidelis-Glöcklein“ abgedruckt sind.

Die Jahre 1581—1596 im 1. Bd. Nr. 4 (Febr. 1913)	S. 71—100.
” 1597—1602 ” ”	S. 149—166.
” 1603—1607 ” ”	S. 245—260.
” 1608—1613 ” 2. Bd.	S. 3—20.
” 1614—1617 ” ”	S. 91—101.
” 1618—1619 ” ”	S. 167—178.
” 1620—1621 ” ”	S. 324—338.
” 1622—1624 ” 3. Bd.	S. 25—47.

*In Definitores et Provincialem: Sh. Collectanea Helveticofranciscana, 2. Bd. S. 175.*

*In Custodes Provinciae:*

*Primus:* R. P. Andreas ex Sursee, sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Lucerna, Urania, Subsilvania, Suitum, Bada, Solodorum, Tugium, Rapperswila, Surseum, Friburgum Nuithonum, Bremgarta, et Missio Delemontana.

*Secundus:* R. P. Matthias Augiensis, sub cuius Custodia sunt loca decem: Constantia, Abbatiscella, Frauenfelda, Feldkirchium, Bi-bracum, Ueberlinga, Enga, Rottenburgum, Cella Ratholdi et Missio Rhætica.

*Tertius:* R. P. Hieronymus Frib. Brisg., sub cuius Custodia sunt loca sex: Friburgum Brisgoiae, Rheinfelda, Ensisheimum, Neobur-gum, Kienzishemum, Thannae.

*In Fabricatores:* A. R. P. Matthias Augiensis, A. V. P. Laurentius Badensis, R. P. Apollinaris Sigmaringanus, Fr. Samuel ex Sissach, (Laicus).

*Socius R. P. Provincialis:* Fr. Matthæus ex Wildbad (Württ.), Laic.

*In Guardianos electi fuerunt:*

Lucernæ P. Andreas a Sursee,

Suitii P. Cæsarius Abbatisc.

Altorfii P. Marcus ex Wolfegg,

Subsilvaniæ P. Carolus Frib. Brisg.

Tugii P. Aurelius Badensis,

Solodori P. Marcellus ex Belfort, ss. Theol. Lector,

Sursee P. Celsus Badensis,

Badæ P. Franciscus Uraniensis,

Rapperswilæ P. Apollinaris Sigmaringanus,

Bremgartæ P. Fulgentius Frib. Brisg.

Friburgi Nuith. P. Ludovicus Lucern. ss. Theol. Lector,

Constantiæ P. Matthias Augiensis,

Frauenfeldæ P. Ignatius ex Sauldorf,

Abbatiscellæ P. Valerius ex Waldshut,

Veldkirchii P. Augustinus ex Donaueschingen,

Biberaci P. Amadeus Frib. Nuith.

Ueberlingæ P. Basilius Abbatisc.,

Engæ P. Adrianus ex Stockach,

Rottenburgi P. Vitalis Constantiensis.

*Superiores:*

Cellæ Ratholdi P. Joa. Bapt. Uran.

Delspergæ P. Rudolphus Mombelgart (von Montbéliard, Mömpelgard)

Nb. Der Obere der Rhätischen Mission sowie jene der 6 Klöster der Custodie Freiburg i. Breisg. fehlen.

Die 3 februarii obiit Kienzishemii P. Raymundus [Herbst] ex Sulgen.

Die 8 martii obiit Friburgi Brisg. P. Andreas (Lombardus) a Vigevano.

Die 23 martii obiit Ueberlingæ P. Pelagius [Langhans] Constant. Concionator.

Die 3 augusti obiit Tugii Fr. Juniperus [Diein] Tyrolensis, Laic.

Hoc etiam anno R. P. Matthiæ Augiensi iterum obœdientia ab adm. R. P. Generali transmittitur tanquam Visitatori generali ad disponenda quædam negotia Provinciæ Coloniensis (Inhalt ähnlich wie derjenige der Oboedienz vom 20. Dez. 1623, „St. Fidelis-Glöcklein“ 3. Bd. S. 45. Die andere Oboedienz vom 15. Nov. 1625, im Pr. A. Lz. Bd. 115, S. 447 und Bd. 118, S. 559—561).

## 1626

Die 6 januarii obiit Lucernæ Fr. Blasius [Sartorio ex Cavergno, Maggia-Tal (Tessin)], Laicus.

Die 17 martii obiit Constantiæ P. Conradus [Bucher] Tugiensis, Conc. et Confessar.

Die 22 maii obiit Kienzishemii P. Aegidius [Suter] Lucernensis, Conc. et Conf.

Ad Capitulum hoc anno celebratum Rev. atque doctissimus Dominus Servatius Molitor [Müller] ss. Theol. Baccal. et Salisgaudiæ Decanus, scripsit commendatitias (litteras) Missionis nostræ *Delspergensis*, simulque Monasterium ibidem fabricari enixe rogitavit (Das Schreiben in den Provinzannalen, Bd. 118, S. 585—588 und Bd. 115, S. 461—463.)

4—9 sept. *Capitulum provinciale* celebratum est Lucernæ, in quo electi sunt:

In *Definitores et Provincialem* (Vd. Coll. Helv.-Fr. II, 175).

In *Custodes Provinciæ*: Die gleichen wie 1625.

In *Fabricatores*: Die gleichen wie 1625, doch statt des P. Apolinaris von Sigmaringen: P. Joh. Baptist von Uri.

*Socius Provincialis*: Br. Matthäus v. Wildbad, Württ.

## 1627

3—8 septembbris celebratum fuit *Capitulum provinciale* Badæ. In quo electi fuerunt:

In *Definitores et Provincialem*: (Collect. Helv.-Fr. II, 175).

In *Custodes Provinciæ*:

*Primus*: R. P. Andreas a Sursee. Sub cuius Custodia sunt loca duodecim: Lucernæ, usw., wie 1625.

*Secundus*: R. P. Seraphinus ex Altstätten. Sub cuius Custodia sunt loca undecim: Constantiae, usw. wie 1625, und überdies Ravensburg.

*Tertius*: R. P. Columbanus Rottenburgensis, sub cuius Custodia sunt loca novem: Friburgum Brisg., usw. wie 1625, und dazu: Breisach, Hagenau und Oberehnheim.

*In Fabricatores*:

R. P. Columbanus Rottenburgensis, R. P. Laurentius Badensis, R. P. Joannes Bapt. Uraniensis, Fr. Samuel ex Sissach.

*Socius R. P. Provincialis*: P. Joa. Bapt. Uraniensis.

Die 26 febr. obiit Friburgi Brisg. Guardianus ibidem: R. P. Hieronymus [Grundersheimer, ex Frib. Brisg.] Def., Cust., ss. Theol. Lect., Conc. et Conf.

Die 5 aprilis obiit Kienzishemii P. Honorius [Suter], Frib. Brisg. Conf.

Die 3 maii obiit Suitii P. Amadæus [Reiff] Frib. Nuith., Def., Guardianus Lucernæ, Conc. et Conf.

Die 30 julii obiit Altorfii P. Victor [de Vallier] Solodorensis.

Die 28 septembbris obiit Badæ P. Christophorus [Segesser] ex Mellingen, Conc. et Conf.

### Monita in Capitulo provinciali facta

1. In superscriptionibus litterarum non detur titulus Confessoris. Guardiano etiam non alias nisi idem officii titulus. Proinde non alias, titulo functionis excepto, nisi Concionatoris, si quis est, detur, qui regulæ magis conveniens titulus ac Religionis proprius est.

2. Nullus pro Vicario Monasterii constituatur, qui chorum diu noctuque frequentare non valeat, exceptis iis, qui sunt aut fuerunt Definitores, aut quos ob senium vel merita R. P. Provincialis dignos judicabit.

3. Prohibitio bibendi extra monasterium a toto Capitulo jampridem ratificata serio refricetur ac sedulo observetur.

4. Fratrem ebrium aut communiter temulentum repertum R. P. Provincialis ab officio suspendat aut pro libitu puniat.

5. Laici diebus Dominicis ac festivis mane ac vespere, cæteris autem diebus vespere scutellas lavent, uti alias jampridem ordinatum fuit. Debitum etiam respectum erga Sacerdotes ac Clericos, maxime ratione præcedentiæ præsertim extra monasterium habere studeant.

6. Atque uti Sacerdotibus ordinatione Generalis Capituli cautum est, ne Missas legendas recipient, ita Laici eiusmodi a Sæcularibus procurare vel offere non præsumant.

7. Inventiones heteroclitæ, deliramenta seu somnia a Concionatoribus devitentur.

8. Inquieti Studentes consilio trium Seniorum usque ad ultiorem Patrum determinationem amoveantur.

9. In donationibus fratres cautelam servent. Clandestinæ scilicet ac furtivæ elargitiones casum reservatum faciunt, si sint in materiae quantitate peccati mortalis.

10. In Hospitia Fratrum non intromittantur mulieres.

11. Fratres amore Dei rogantur, ut in postulatione ac receptione Crucium Hispanicarum ac pretiosarum imaginum cautelam ac moderationem servent, quibus (secus) in Visitatione non solum spoliabuntur sed etiam punientur.

12. Fratres non instituant Fraternitates vel Devotionalia sine consensu R. P. Provincialis.

13. Non facile inducant laicos ad petendum Ordinem neque eos ita importune commendent neque Capitulo tantum fastidium pariant.

14. Sacerdotes Novitii usque ad octavum annum exclusive officiis clericalibus exerceantur.

15. Pro moderatione litterarum scribendarum et recipiendarum: perlegantur, sigillentur diriganturque tum scriptæ, tum aperiantur et prælegantur acceptæ, antequam consignentur, sub poena ad arbitrium R. P. Provincialis, usquedum perfectior hac super re promulgetur ordinatio, uti communi voto Capituli decretum est, exceptis tamen litteris ad Superiores dandis vel ab iisdem accipiendis.

Nb. Eine solche ausführlichere Verordnung sh. unten zum J. 1628.

## 1628

Septimo januarii obiit Suitii in monasterio novo Fr. Sebastianus [von Aa] a Meienberg, Laicus, habens annos Rel. 45, æt. 69.

Vigesimo januarii obiit Constantiae Fr. Jacobus [von Nähern] a Reichenweier, Laicus habens annos Rel. 46.

Die 11 junii obiit Frauenfeldæ P. Ambrosius [Meyer] Lucern. Conc. et Conf. habens annos Rel. 30.

(Es sollte heißen 33, da er am 29. Jan. 1595 eingetreten ist. War vorher Franziskaner in Luzern.)

Die 2 julii obiit Lucernæ P. Thesaurus [Wittich] ex Säckingen, Sacerdos Religionis habens annos 12, æt. 31.

Die 5 aug. obiit Lugani in Italia (Tessin) P. Cherubinus [Turenbold] Tugiensis, Sac. et Confessarius, qui ex nostra Provincia Luganum missus est ad audiendas confessiones sæcularium germanorum, maxime officialium, cum tunc Provincia Mediolanensis nullum haberet Patrem linguæ germanicæ gnarum. † Rel. anno 34, æt. 55.

Die 6 augusti obiit Rapperswylæ Fr. Lucas [Hermann] Badensis, Laicus, habens Religionis annos 33, menses sex, ætatis 58 c. dim.

Die 8(9?) augusti obiit Thannis P. Fr. Franciscus Maria [Volker] Heribopolensis (v. Würzburg) Novitus, antea Friburgi Brisg. Professor Juris, dictus D. Volker, qui factus viduus sacros suscepit ordines ac postea Religionem ingressus est anno ætatis suæ 31.

Die 16 novembris obiit Friburgi Brisg. P. Pacificus a Ferenbach Conc., Conf. ac ss. Theol. Lect., Rel. habens an. 16, m. 7; æt. an. 38, m 7.

Die 25—30 augusti celebratum est *Capitulum* Lucernæ. In quo quisque *Guardianus cum suo discreto Vocales* comparuerunt:

<i>Loci</i>	<i>Guardianus</i>	<i>cum</i>	<i>Discreto</i>
Lucernæ :	P. Archangelus ex Ottenweiler	P. Andrea ex Sursee	
Uraniae :	P. Apollinaris ex Sigmaringen	P. Fabritio Brixinens.	
Subsilvaniæ :	P. Aurelius ex Baden	P. Bonaventura Uran.	
Suitii: :	P. Cæsarius Appencellensis	P. Martino ex Eglis-hofen	
Abbatiscellæ :	P. Theodoricus Frib. Brisg.	P. Francisco ex Suit.	
Badenæ :	P. Adrianus ex Stockach	P. Josepho ex Engen	
Solodori :	P. Ludovicus Lucernensis	P. Valerio ex Waldshut	
Frauenfeldæ :	P. Pius Feldkirchensis	P. Zachaeo ex Bremgarten.	
Rheinfeldæ :	P. Desiderius ex Thann	P. Raphaele ex Mark-dorf	
Frib. Brisg. :	P. Columbanus Rottenburg.	P. Jacobo Uraniensi	
Enishemii :	P. Joa. Chrysostomus ex Büren	P. Joa. Bapt. Polono	
Veldkirchii :	P. Augustinus	P. Jeremia Frib. Brisg.	
Constantiæ :	P. Basilius Appenc.	P. Seraphino ex Altstätten	
Rapperswilæ :	P. Franciscus Uraniensis	P. Isaac Tug.	
Sursei :	P. Michael Lucern.	P. Ignatio ex Sauldorf (Württ.)	
Neoburgi :	P. Beatus Sulsilv.	P. Constantio ex Kempten	
Frib. Nuith :	P. Marcellus Belfort	P. Gaudentio Lau-fenburg.	
Biberaci :	P. Gereon ex Bodman	P. Sylverio Ueberling.	
Kienzishemii:	P. Georgius Sangall.	P. Bonaventura Juli-acensi	
Ueberlingæ :	P. Athanasius	P. Andrea a Mengen	
Bremgartæ :	P. Fulgentius Frib. Brisg.	P. Gregorio Frib. Br.	

Thannis	:	P. Carolus Frib. Brisg.	P. Alexio Spirensi
Engæ	:	P. Apollonius Frib. Brisg.	P. Silvestro Brigantino (ex Bregenz)
Ratholdicellæ	P.	Vitalis Const.	P. Anselmo ex Bregenz
Rottenburgi	:	P. Felicianus ex Elzach	P. Celso Badensi.

Nb. Definitores et Provincialem vd. in Coll. Helv.-Franc. II. 175. Custodes Provinciae et Fabricatores desunt.

Postquam P. Cherubinus *Lugani* in Provincia Mediolanensi ex hac misera vita ad meliorem transiisset, R. P. Matthias a Milano, Provincialis ejusdem Provinciæ, a Reverendis Patribus nostris per litteras alium *Confessarium* in præfatum locum substitui enixe efflagitavit. Pro P. Cherubino piæ memoriæ igitur subrogatus est: P. Michael [Golder] Lucernensis.

\* \* \*

*Ordinatio super scribendis ac recipiendis litteris pro Provincia Helvetica a toto Capitulo Anni 1627 Badæ decreta atque præscripta.*

„Quandoquidem post tot serias sæpiusque tam a Generalibus quam Provincialibus Capitulis repetitas ordinationes, monitiones, comminationes, poenas, intolerabili hactenus recipiendarum juxta ac scribendarum litterarum licentiæ atque abusui mederi non potuerimus. Proinde ut in communi et in dies ingravescenti malo Patrum et Fratrum (quibus nihil antiquius esse debet, quam, ut Religio nostra Seraphica sarta tecta conservetur) communi consilio, pari studio ac voto contrairetur: Reverendis Patribus Provinciali et Diffinitoribus pretium operæ visum est, in Capitulo Badæ Ao 1627 congregato, negotium hoc omnium vocalium oculis proponere, qui primo invocato Divino Numine, adhibito dein secreto scrutinio, unanimi demum voto ac voce sequentia ab omnibus Patribus ac Fratribus in nostra Provincia inviolabiliter observanda decreverunt:

*Primo.* Nullus Subditus, etiam Vicarii, præsente Guardiano (exceptis Custodibus et Definitoribus tam actu existentes quam qui olim fuere) ullas litteras vel schedas tam sacerdotalibus quam fratribus (Custodibus et Definitoribus dictis exceptis) scribere aut transmittere, vel scribi aut transmitti absque præscitu P. Guardiani vel absente eo P. Vicarii præsumat.

*Secundo.* Quod si urgente necessitate alicui scribendum fuerit, litteræ apertæ P. Guardiano aut Vicario absque ullo respectu legendæ consuetoque loci sigillo munendæ tradantur, ac denique ab eodem ad destinata loca fideliter deferri curentur. Vicarii autem,

ut et alii fratres in absentia Guardiani, nec intra nec extra monasterium quidquam cuiquam scribere attentent, de quo advenientem Patrem Guardianum ingenue et fideliter non faciant certiorem.

*Tertio.* Quod de scribendis dirigendisque litteris dictum, idem de recipiendis legendisque ad amussim observatum cupimus. Vide-licet, ne ullus subditus (semper tamen, ut supra dictum, Custodibus et Definitoribus exceptis) litteras aut schedas accipiat, multo minus legat, nisi prius a Patre Guardiano aut in ejus absentia a Vicario praelectæ sibique traditæ, vel nisi a saepius dictis Patribus missæ fuerint. Hinc Janitores et quivis alii, quorum interesse poterit, serio admonentur, ut allatas litteras non nisi Superioribus deferant. Superiores vero litteras lectas aut tradant aut supprimant, prout in Domino consultius agendum censuerint.

*Quarto.* Monentur Superiores, ne lecta pro libitu cuique propalent; praesertim autem cauti sint, si in aliiquid Confessionem aut conscientiam concernens incident, ne progrediantur, sed legendosstant, nisi sub hoc praetextu fraus aliqua latere deprehendatur, quo in casu non tantum legendos pergent sed et, utrum litteræ tradendæ sint necne, prudenter attendant.

*Quinto.* Injungitur Patribus Guardianis, ut sigillum loci vel penes se continuo gerant, vel loco tuto ac Vicario tantum noto collocent, quo facilius Fratrum litteræ alieno sigillo velut adulteratæ, ideoque ut suspectæ a Superioribus intercipi ac reserari possint ac debeant.

*Sexto.* Ne et Guardianorum quispiam nimis libera scribendi licentia forte excedere praesumat, etiam ipsorum litteras (in quantum eæ rationabiliter suspectæ dignosci poterunt) a majoribus Superioribus intercipi ac reserari concessum sit. Quem in finem, sicut omnes alii, sic et ipsi praesertim serio se noverint admonitos, amoreque Dei et Religionis nostræ Seraphicæ enixe rogatos, quatenus et a superflua scribendi frequentia in primis religiose se contineant et ubi scribendum fuerit, a facetiis ac nugis impertinentiumque, maxime vero nocivarum rerum relationibus interserendis abstineant, quin et abhorrescant, memoria recolentes, quod sicubi alias in omnibus uti Dei ministros nos exhibere, sic et in scribendo quoque conformem modestiam stilique religiosi gravitatem sedulo observare teneamus.

*Denique* quod maxime consolatorium, ac tanto quoque fortius simul ad praesentis adeo necessariæ ordinationis observantiam, calcar omnibus nobis esse convenit, est istud, quod nimirum cum aliæ nonnullæ quoque reformatæ Religiones suos subditos ab immoderato isto scribendi recipiendique litteras ardore per censuram

etiam peccati mortalis quin et excommunicationis ipso facto incur-  
rendæ compescere contendant eoque ipso tamen nihil aliud nisi hoc  
unicum nobiscum requirant, quatenus videlicet tum omnes reci-  
piendæ litteræ non nisi prius a Superioribus apertæ atque perfectæ  
subditis consignentur, tum alio scriptæ ab iisdem prælegantur et  
sigillo monasterii muniantur ac transmittantur. Sic tamen sub nullius  
peccati reatu, nisi in quantum propria conscientia unumquemque  
obligat constringere quemvis intendamus. Etsi nihilominus hujus  
tam æquæ tamque necessariæ ordinationis transgressores gravioribus  
tandem poenis, ac quidem etiam suspensionis, privationis aliisque,  
ad arbitrium R. P. Provincialis secundum qualitatem excessum fe-  
rendis imposterum puniri, coercerique quam non sit æquissimum,  
reclament illi, qui oculos habent et tamen eos tam difformiter, vix  
quidem minimi erga altissimam suam professionem zeli speciem  
præ se ferre nec vident nec animadvertunt, aut vero quis, quæso  
(ut cætera omnia silentio involvamus) zelus illius fratris erga suam  
promissam Deo tantam oboedientiam, quod se obligaverit promisit  
Domino observare et non sunt contraria animæ atque Regulæ suæ,  
si a transgressione tamen adeo verum Religiosum dedecente adeoque  
Religioni ipsi præiudicante, contra expressam Superiorum volun-  
tatem totiesque iteratam inhibitionem nec blandis admonitionibus,  
nec severis comminationibus hactenus coerceri potuit.

Verum speremus vel nunc tandem etiam de talibus meliora  
tantamque in primis resipiscentiam, quod una cum aliis totius altissimi  
status nostri, ac præsertim præsentis quoque nostræ ordina-  
tionis (quæ una cum Generalibus Constitutionibus atque Ordina-  
tionibus maioris observantiæ erga fratribus ordinarie prælegatur)  
veris zelatoribus atque observatoribus ipsimet etiam fiant spirituales  
litteræ, seu (ut suos Corinthios divus Paulus appellat) Epistola  
viva et quidem Jesu Christi Crucifixi per diffusam in cordibus suis  
charitatem, in ipsis exarati ad similitudinem Seraphici nostri Patris  
Francisci charactere seu signis redemptionis nostræ in volis, plantis,  
latere signati simulque demum gaudentes omnes nomina quoque  
nostra et in terris per ædificationem proximi et in coelis per glori-  
ficationem Dei indelebiliter scripta suo tempore comperiamus atque  
in æternum beati experiamur. Gratia Domini nostri Jesu Christi  
cum spiritu vestro, fratres. Amen.“

(Pr. A. Lz. Bd. 115, S. 494—496 und 4 Y 12.)

(Schluß folgt.)

P. Siegfried von Kaiserstuhl.